



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Ivre, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

V. An exteri, clerici, & religiosi observare teneantur legem pretium
frumenti, aliarumque mercium taxantem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

PUNCTUM IV.

Licitumne sit triticum, aliasque merces vendere ultra legitimum pretium servata aequalitate pretij naturalis, seu vulgaris, quod alias leclufa lege iustum esset?

- 1 Affirmant aliqui pragmaticam non esse servandam eo casu.
2 Potest Princeps ob commune bonum taxare triticum infra infimum alias in pretij vulgaris.
3 Potest cogere ad se vendendum.
4 Transgressores rei erunt mortalis & obligationis retribuenti.
5 Regulariter nequit Princeps hanc ferre taxationem obligationem imponere.
6 Adveniente magna sterilitate non obligare legem tempore adstantia impostam docuerunt Iures.
7 Regulariter contrarium in nostro regno dicendum est.
8 Aliquo casu extraordinario taxa cessat ex presumpta Principis voluntate.

Causa est saepe contingens, cum ob anni sterilitatem magna est tritici, aliorumque fructuum vicia humanae necessitatum inopia. Quo casu servandam non esse legem a principe latam, sed standum esse communi hominum aiumationi affirmavit Nauarra. cap. 28. num. 86. Mexia in practica frumenti, concl. 3. numer. 17. & conclus. 18. num. 26. Ioann. Medina de rebus, qu. 4. 36. ad 1. & apertius qu. 31. §. p. d. d. t. tamen. Mol. tractat. 2. disputat. 364. §. conveniunt Doctores. Rebell. de obligat. iustit. 2. p. lio. 9. qu. 1. 2. sect. 3. numer. 14. Anglis 2. p. 4. tit. de emp. dubitar. 2. Vega. verbo tritico casu. 1. & alij. Ducuntur quia leges attendunt ad ea quae frequenter contingunt. Ergo non praesumuntur latae pro casu extraordinario & raro contingenti Ergo in hoc casu ex presumpsa voluntate Principis lex censenda est cessare.

Denique lex ut obliget iusta esse debet: at lex taxans pretium infra infimum pretium naturale iusta non videtur, quia princeps sua lege naturale pretium quod varium est & incertum, tempore a multis dependens determinat. Ergo cum iusta iustum determinationem facit nulla est ea determinatio.

Præterea lex taxans pretia rerum spectare debet circumstantias occurrentes, quae aliquando exigunt pretium diminui, aliquando augeri, aliis si has circumstantias in constitutione pretij Princeps non spectaret irrationabiliter, & impudenter duceretur. Ergo lex quae tempore abundantiae, vel scilicet non sterilitatis iusta censetur, nequit superveniente gravi, & extraordinaria inopia iusta iudicari. Neque satis facit, si dicas bono communi expedire, ne pauperes gaudent, ut eodem pretio triticum tempore sterilitatis vendatur. Nam ut recte probat Mol. disputat. 364. ante medium, quae bono communi expedit, ne domini tritici grauentur, neque agricolae qui plures sumptus in tritico parando expenderent dammiferentur, maxime cum pauperes non tam vendicione, quam donatione succurrere debent.

Ceteram dicendum est primo posse Principem sua lege pretium frumenti, aliarumque mercium taxare infra infimum alias iusti pretij vulgaris, cum id commune bono iudicari expedire. Princeps enim in constituendo rerum pretio, non declarando naturale pretium procedit, sed illud statuendo, & determinando, prout suo regno, & communi bono expediens esse iudicat: at aliquando expediens erit communi bono taxare triticum infra infimum iusti pretij naturalis. Ergo illa taxatio iusta censenda est.

Præterea ideo illa taxatio censetur esse infra infimum iusti pretij naturalis, quia homines tantum singulates, & proprias necessitates, caritatem mercium, & copiam emptorum spectant. At Princeps superiorem, & forte ipsi ignotam spectare potest, quam si homines attendere viderentur, indicarent pretium a Principe statutum non excedere iustum naturale. Ergo sic est censendum Atque ita tradit Bart. in leg. 1. §. cura carnis, num. 1. ff. de officio praefecti, vrbis. Panormitic. cap. 1. de emp. & vendit. numer. 6. Covarruv. alios referens 2. var. cap. 3. numer. 5. Grassis 1. p. de iur. iur. 2. cap. 57. numer. 1. & capit. 113. numer. 1. Castro l. 1. de lege poenali, cap. 12. ad finem Lessius lib. 2. cap. 2. dno 2. numer. 14. Ioann. de Salas tract. de emp. & vendit. dub. 6. concl. 2. nec dissentit Molina tract. 2. disp. 365. ad hoc tamen.

Quo pacto poterit Princeps habentes frumentum, aliasque merces venditioni paratas obligare ut vendant eo pretio a se taxato, quia in ea obligatione nullam eis irrogat iniuriam, cum obliget ad venditionem iustam, & communi bono expediens. Ut manifeste deciditur leg. tit. 2. §. lib. 5. noua collect. & pluribus ibi comprobat Matien. gloss. 2. & Azevedo num. 6. & tradit Covarruv. 2. var. c. 3. n. 5. & 3. var. c. 14. n. 3. Grassis llo c. 11. n. n. 8. 9. & 12. Molina disp. 34. Vega verbo emptio casu. 50. Salas sub. 6. concl. 4. & alij.

Ferd. de Castro, de Iust. & Iure. Pars II.

Quod si praedicti venditores pretium sic a principe taxa tum excedunt & peccatum in ortale committunt, & obligatiorene stinendi habebunt, quia indebitum ex gunt, & recipiam contra dominium voluntatem Sicut ex omnium praedictorum Doctorem sententia testatur Salas loco citato, quomus dissentiat Molina disp. 265. §. ex his, & ex p. inquis.

Verum esto in aliquo casu raro, & extraordinario quo manifestum est commune bono expedire, ut frumentum alia que merces infra infimum iusti pretij naturalis taxentur possit Princeps eam taxationem facere. Regulariter autem, & secundum communem cursum nequaquam videtur id praestare posse ut pluribus comprobatur nosse Mol. disp. 365. per totam. Non enim Princeps potestatem habet grauari sibi subditos inaequaliter ut bono communi subueniat: at si habentes triticum cogentur vendere infra infimum iusti pretij, quod ex natura rei spectatis circumstantiis tunc concurrentibus valet, hos praeter ceteris subditis grauari.

Difficulus autem est. An adueniente sterilitate, inopiaque frumenti, & aliarum mercium viget lex quae tempore abundantiae viget? Molina 364. & 365. per totam. pluribus probare contendit cessare eam legem utpote iniustam & inquam, cui fauet Nauarra. ca. 23. num. 88. & Mexia in pragmat. frumenti conclus. 3. n. 17. & concl. 18. n. 16. Anglis 2. p. 4. tit. de emp. dub. 2. Rebell. de obligat. iust. 2. p. lib. 9. q. 2. sect. 3. n. 14. Ducuntur ob rationem proximè allatam, quia Princeps non habet potestatem grauari subditos inaequaliter: grauari autem habentes triticum, si tempore sterilitatis cogentur vendere eo pretio, quo tempore abundantiae venditur. Praeterea lex ut iusta sit taxare debet pretium quod aequale sit ipsi rebus spectatis circumstantiis occurrentibus, Ergo lex quae pretium frumenti anno sterilitatis aequè ac anno abundantiae taxaret iniqua esset, ac proinde non est censenda obligare.

Dicendum tamen est regulariter legem in Castella latam de pretio frumenti obligare anno sterilitatis. Sicut expresse docuit Cordub. in sum. qu. 78. Petr. Nauarra. de rebus. lib. 3. cap. 2. numer. 2. Albornoz. de contractib. 2. tit. 16. Ledesma. 2. p. sum. tractat. 8. cap. 32. difficult. 19. de taxa. Eman. Rodrig. verbo conditio cap. 69. concl. 1. Matien. leg. 1. Gloss. 2. tit. 2. §. lib. 5. compilat. & ibi Azevedo & specialiter leg. 4. cod. m. tit. pag. 60. Gutierr. lib. 2. tract. qu. 180. numer. 8. & segg. Ducor, quia taxa frumenti, hordei, auenae, & similibus de quibus est sermo. leg. 1. tit. 2. §. lib. 5. compilat. lata est tempore sterilitatis. ut aduertit Castro lib. 1. de lege poenali. cap. 12. & constat ex ipsa lege, quae praecipit Magistratibus ut saeculares, & Ecclesiasticos habentes triticum cogant ad vendendum eo pretio taxato, quod necessarium non esset, nisi vrgeret necessitas. Ergo ob sterilitatem anni non est censenda lex cessare, cum pro eo anno lata sit. Neque ab obligatione seruandi taxam deobligaberis ex eo quod plures sumptus in colligendo tritico expendis quam est taxa regia, ut voluit Mexia in pragmat. panis conclus. 2. per totam. Nam ut recte Gutier. d. llo. qu. 180. numer. 30. & Azevedo probant id per accidens est, & legem mutare non potest. Si enim hoc anno plus expendisti ob sterilitatem, alio anno detrimendum compensabitur, vel compensatum est ob abundantiam.

Dixi regulariter: nam si sterilitas tanta esset, ut pretium infimum quod competit frumento ex natura rei spectatis circumstantiis longe excederet pretium a lege taxatum: sicut contingit in Castella anno 1641. Ex tunc eo casu ex presumpsa voluntate principis taxam cessare, ut compertum fuit anno cessasse, cum Valinolei, Salmanticae. Meriti, alique ciuitatibus huius regni tritici fauca veniebatur publice quatuor, vel quinque centis Magistratibus licentibus, & contentibus. Et sicut in Lusitania contingit eo anno, de quo Molina testatur pretium frumenti ad duplum taxae excessisse.

PUNCTUM V.

An exteri Clerici & Religiosi obseruare teneantur legem pretij frumenti, aliarumque mercium taxantem?

- 1 Exteri adducentes triticum a taxa eximuntur.
2 Hoc privilegium indigenis adducentibus per mare triticum competit.
3 Non competit adducensibus per terram.
4 Naturalis quando vendere suum triticum possunt eo pretio, quo illud vendunt exteri.
5 Clerici & Religiosi legem taxa seruare teneantur.
6 Possunt Clerici & Religiosi compelli vendere triticum sibi non necessarium pretio legis.

Exteri a portantes per mare triticum, ut in his regnis vendunt iuste a taxa legis eximuntur, ut sic ad adducendum triticum, quo prouincias huius regni indigentibus subueniatur excitentur. Sic Salon. 2. 2. qu. 77. ar. 1. controuers. 1. & 3. Rebell. de oblig. iustit. 2. p. lib. 1. qu. 1. §. 2. §. 9. in fine. Ledesma

Ledesm. 2. p. sum. tractat. 8. capit. 32. diffinit. 11. de taxa. Molina disp. 264 §. dubium est num aliter gene. Ioann. de Salas tract. de empr. dub. 7.

2 Nec hoc privilegium exteri tantum censendum est concessum, nam si indigens per mare triticum asportent eodem modo ac exteri absque taxa vendere possunt, quia æquum non erat ut beneficium quod exteri conceditur incolis denegatur. Ut docuit Ledesm. diffinit. 13. Mol. disp. 364 §. ptes. Ioann. de Salas. d. dub. 7. in fine.

3 Ex eo autem quod per terram aliunde triticum asportent non sunt censendi eo privilegio gaudere, quia privilegium illud solum de vehentibus per mare loquitur, quod non debet extendi ad asportantes per terram, cum non videatur eadem ratio, nec sublata forma verborum privilegii continentur, & quia asportantibus per terram sua etiam privilegia conceduntur. Ut bene notat Ioann. de Salas loco cit.

4 Sed hinc oritur grauis difficultas, an cum exteri triticum per mare asportatum vitra taxam vendunt possint eodem pretio vendere naturales triticum ex suis agris collectum, vel aliunde adductum, quod est æquè bonum, & fortè melius. Ratio difficultatis est, quia ex venditione excedente taxam conuincitur taxam iustam non esse, cum non habet pretium æquale valori frumenti quod tunc ex natura rei habet spectatis circumstantiis occurrentibus. Hac in re perdifficili existimo si excessus non sit vitra tertiam partem nequãquam posse naturales taxam excedere, quia non est censenda taxa cessare, quippe censenda est taxa contineri intra latitudinem iusti pretii naturalis, attingereque infernum illius: cui non obstat quod secundum valorem naturalem frumenti medium, vel rigorosum amplius vendi possit, ut tradit Rebell. 2. p. de obligat. iustitia lib. 9. quest. 2. sect. 2. in fine. Secus dicendum, si excessus vitra tertiam partem communitur procederet, conuinceret enim taxam non adæquare iustum pretium naturale, & consequenter illius obligationem à principe abrogari debere. Sicuti probare videtur Mol. disp. 364. §. ex hoc autem.

5 Clerici autem Religiosi prædictam legem obseruare tenentur, quia hæc æqualitatem pretii cum frumento vendito constituit, quia æqualitatem in suis contractibus obligatur seruare, tamen si directè legibus ciuilibus non obligentur. Sicuti docuit Castro lib. 1. de lege pænali. cap. 12. Ioann. Medina de rebus. quest. 36. col. 9. Azor. 1. lib. 5. c. 12. q. 4. Eman. Rodrig. 2. p. sum. cap. 79. concl. 5. Gurierr. 2. pract. q. 180. num. 25. Quod à fortiori procedit in nostra sententia afferente Clericos & Religiosos legibus ciuilibus immunitari Ecclesiasticæ non derogantibus directè obligari, quam latè probauimus. 1. p. huius operis tract. 3. de legib. disp. 1. pun. vlt. n. 6. & plures adducit in præsentii Ioann. de Salas dub. 9. conclus. 2. Rebell. 2. p. de obligat. iustitia lib. 9. quest. 2. sect. 2. num. 9.

Hinc inferitur posse à potestatibus secularibus Clericos, & Religiosos habentes triticum sibi, suæque familiae non necessarium cogi ut vendant pretio à lege taxato. Sicuti dicitur leg. 1. regia. tit. 2. lib. 5. compilat. & tradit Mosla in empirio iuris. 1. p. tit. 9. quest. 1. numer. 6. Mexia in pragmat. panis conclus. 1. Ioann. de Salas tractat. de empr. & vendit. dub. 9. conclus. 1. Hæc enim per legem compulso non decet Clericos, & Religiosos. Quod si obedire noluerint puniri à suis iudicibus debent, neque improbabile videtur posse à posterioribus secularibus frumentum sequestrari, extrahi, & vendi vt potè in debitè, & iniustè retentum. Ut dicit Salas loco citato & latè probat Gurierr. lib. 1. qq. pract. quest. 13. per totam. Sed credo prius requirendum esse iudicem proprium Clericorum, ut ipsos compellat triticum illis non necessarium exhibere, auxiliumque impendat pro sequestrando, & capiendo tritico pro succursu publicæ necessitatis. Ut aduertit Azuacedo comment. ad leges recollect. addita leg. 4. tit. 2. lib. 5. compilat.

PUNCTVM VI.

An triticum licitè possit semper vendi ad pretium lege taxatum?

- 1 Propositur difficultas.
- 2 Ad pretium taxa sæpè emptores cogi non possunt.
- 3 Taxa triticum sanum, & incorruptum spectat.
- 4 Si triticum ex malitia miscetas grana inuicilia aliqui existimant se vendere posse eo pretio, quo aliq triticum eiusdem conditionis vendunt.
- 5 Sed verius est oppositum.
- 6 Temperant aliqui ne procedat, cum pretium non est à lege taxatum. Sed non admittitur.
- 7 Facta venditione nequis mixtionem adulterinam facere, aut merces in loco humido collocare.

1 Ratio difficultatis est, quia si pretium à lege taxatum non excedas, non excedis iustum, cum iustum censendum sit quod à lege taxatum est.

2 Verum ne vilis sit frandi locus aduerte legem taxantem triti-

ci pretium, aliorumque fructum in gratiam emptorum latam esse, ne inquam vitra illud pretium emere cogantur, liberum que relicquissit, si minus emere possunt, quia id rationi conformem erat, & bono communi Republicæ expediens. Quapropter si spectatis circumstantiis rigorosum pretium tritici secundum eius naturalem valorem taxam non attingeret, nequaquam emptores cogi possent ad pretium taxæ; quia taxa terminum præscribit pretio, ne vitra illum exigatur: ut non derogat legi naturali pretium inferius constituit. Sic expresse Cordouan. in sum. 9. 84. Medina 1. sum. 2. 45 §. 2. Palacios 2. de contractib. c. 2. Salon. 2. 2. q. 77. ar. 1. ceterum. 11. Ludouic. 2. p. instrum. c. 43. aliis 2. 16. Rebell. 2. p. de obligat. iustitia lib. 9. quest. 2. sect. 3. Salas tract. de empr. & vendit. dub. 11. Gurierr. lib. 2. pract. quest. 180. n. 2. Azuacedo l. in legib. additis. ad leg. 4. tit. 2. lib. 5. compilat.

Secundo aduerte legem taxantem pretium tritici spectasse triticum sanum, integrum, & incorruptum; sicuti communitè ex aera colligitur. Quapropter si notabiliter vitiosum, & corruptum sit, paleis plenum, verbis corrosum &c. nequaquam pretio à lege taxato vendi potest, sed detrahendum est quantum prudentia arbitrio minus valet quam triticum sanum, integrum, & incorruptum, quod in taxæ lege vitæ spectatum. Sic Petr. Ledesm. 2. p. sum. tract. 8. c. 32. concl. 7. diffinit. 1. Rebell. sect. 3. Mol. disp. 364. §. postico. Salas dub. 11.

Notanter dixi notabiliter, nam defectus paruis non consideratur, ut bene aduertit Mol. supra. Neque obinde fit triticum minus purum, sanum, & integrum posse vitra pretium legis vendi, quia vitio excedat valorem tritici à lege spectati modicus est excessus ratione cuius lex mutari non debet, alias nihil esset in hac lege firmum, raroque vendentes ad sui obseruationem aliterger. Ut aduertit Ioann. de Salas tract. de empr. & vendit. dub. 11. circa finem.

Maior difficultas est, si tritico puro & mundo miscetas aliqua inutilita vel inferiora, aut vitio optimo miscetas detentis, vel aquam, aut veteri miscetas nonum, possit pretio taxato à lege vendi. Sicuti si nulla mixtura facta esset? Et talis procedit cum ex ea malitiosa mixtione non redditur detentis eo quod ab aliis bonafide pretio à lege taxato venditur. Asumat v. 1. posse Ludouic. Lopez 2. p. instrum. consuet. cap. 42. alias 192. Legibus lib. 2. cap. 2. 1. dub. 1. numer. 85. Dicitur ut si triticum illud aduocetur ex aera fore solidum, ac paleis permixtum sicuti postmodum ex malitia constituitur pretio legis venderetur licite vt supponitur. Ergo etiam vendi potest, etiam si ex malicia postmodum miscetur: parum enim refert emptori, quod sic solidum sit ex aera adductum vel domi immixtum. Idem argumentum fieri potest de vino: si enim ob illius mixtionem maliosum non redditur detentis, eo quod ab eoque malicia pretio taxato à lege venditur, parum refert emptori si vel non sit ex malitia permixtum.

Nihilominus est hæc sententia speculatiue probabilis videtur, practicè tamen nequaquam admitti debet, ne via fraudibus, & malitiis aperiantur. Ut docuit Rebell. 2. p. de obligat. lib. 9. quest. 8. numer. 17. & quest. 9. numer. 3. & quest. 10. numer. 10. Medina lib. 1. sum. §. 14. Petr. Ledesm. 2. p. sum. tract. 8. cap. 32. post 7. conclus. diffinit. 1. Eman. Rodrig. 2. p. cap. 79. numer. 10. Molina tract. 2. disp. 353. in fine Ioann. Salas tract. de empr. & vendit. dub. 12. num. 2. Azuacedo ad leg. 4. tit. 2. lib. 5. compilat. in comment. ad leges additas pag. 65. in fine n. 2.

Ratio ea est, quia taxa apposta est tritico prout ex aera plerumque colligitur, & vino prout ex multo naturaliter constituitur, velle autem paleas, vel aquam, aut aliud detentis mixtum eodem pretio ac purum & sanum triticum vel vinum vendi, eo quod ea vino vel tritico miscetas iniquum est, cum est hæc mixtione non accipiant ex se villum valorem, sed rem mixtam, & que sub pretio legis continebatur deteriorè reddunt. Adde si nulla emptori itrogatur iniuria, nec lex de taxa constituta hæc mixtione violatur. Ut quid Lessius d. dub. 11. n. 83. iniqui prædictum rem vendendam adulteratorem puniendum fore, cum peccata non debeatur nisi ob eam.

Temperat autem Ioann. de Salas d. tract. de empr. & vendit. 6. dub. 11. hæc sententiam, ne procedat cum pretium non est lege taxatum, sed ex communi vulgi estimatione habetur. Eo namque que euentu cesset licitè illud mixtum ex malitia vendi posse eo pretio quo res alia eiusdem bonitatis & qualitatis iuste venditur ob rationem n. 4. adductam. Et rationem differentia reddidit quia lex facere potest, vt res inæquales in bonitate ob bonum commune æquali pretio vendantur, & æquales minori pretio, vt in tritico per mare asportato, vel ibidem collecto. Secus verò hominum æstimatio que pretia rebus secundum carum bonitatem spectatis circumstantiis constituit. Sed non placet hæc imitatione, eo quod existimant raro vel nunquam ea mixtione adulterina facta rem æqualis bonitatis reddi, cum ea que ea mixtione caret, tamen primo aspectu æqualis esse videatur. Neque est verum res notabiliter inæquales in bonitate eodem pretio, & æquales minori ex præcepto legis vendi, quia lex postius semper æqualitatem cum pretio naturali seruare intendit.

Duo tamen sunt omnino certa. Primum si facta venditione

